



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio CLX. De modestia in communi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

animalia nocent hominibus, ut ex eorum corporibus pascantur, non ex aliqua iustitiae causa, cuius consideratio pertinet ad solam rationem. Et ideo, proprie loquendo, feritas, vel saevitia dicitur secundum quam aliquis in poenis inferendis non considerat aliquam culpam eius qui punitur, sed solum hoc, quod delectatur in hominum cruciatu: & sic patet quod continetur sub bestialitate. Nam talis delectatio non est humana, sed bestialis proventus vel ex mala consuetudine, vel ex corruptione naturae, sicut & aliae huiusmodi bestiales affectiones: sed crudelitas non solum attendit culpam in eo qui punitur, sed excedit modum in puniendo: & ideo crudelitas differt a saevitia, siue feritate, sicut malitia humana a bestialitate, ut dicitur in 7. Eth. \*

AD PRIMUM ergo dicendum, quod clementia est virtus humana; unde directe sibi opponitur crudelitas, quae est malitia humana: sed saevitia, vel feritas continetur sub bestialitate. Unde non directe opponitur clementiae, sed superexcellentiiori virtuti, quam Philosophus vocat heroicam, vel diuinam, quae secundum nos videtur pertinere ad dona spiritus sancti. Unde potest dici, quod saevitia directe opponitur dono pietatis.

AD SECUNDUM dicendum, quod severus non dicitur simpliciter saevus, quia hoc sonat in vitium: sed dicitur saevus circa saevitatem propter aliquam similitudinem saevitiae, quae non est diminutiva peccatorum.

AD TERTIUM dicendum, quod remissio in puniendo non est vitium, nisi in quantum praetermittitur ordo iustitiae, quod aliquis deberet puniri propter culpam, quam excedit crudelitas. Saevitia autem penitus hunc ordinem non attendit, unde remissio punitionis directe opponitur crudelitati, non autem saevitiae.

Super Quaestione centesima sexagesimo articulum primum.

QVAESTIO CLX.

De modestia, in duos articulos divisam.

Narr. i. q. 160. dubium occurrit circa illam propositionem. Vbi dicitur quod est aliqua virtus specialis circa aliquod maximum, oportet esse aliam virtutem circa ea quae mediocriter se habent. Videtur enim haec propositio contraria primo veritati, quia circa concupiscentias, & iras, & timores, ac audacias, est aliqua virtus specialis circa maximum, puta, castitas, siue abstinencia, mansuetudo, fortitudo: & tamen nulla ponitur virtus circa ea quae mediocriter se habent in dictis materiis. Deinde apparet contraria auctori, qui superius in quest. 159. ex proposito docuit, quod circa passionem quae inquantum passionem sub principaliter aduertantur rationi, non distinguuntur duae virtutes, una circa ma-

**D**EINDE considerandum est de modestia. Et primo, de ipsa in communi. Secundum, de singulis quae sub ea continentur.

CIRCA primum quaeritur duo.

¶ Primo. Vtrum modestia sit pars temperantiae.

¶ Secundo. Quae sit materia modestiae.

ARTICULUS PRIMVS.

Vtrum modestia sit pars temperantiae.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod modestia non sit pars temperantiae. Modestia nam modo dicitur, sed in omnibus virtutibus requiritur modus; nam virtus ordinatur ad bonum, bonum autem, ut Aug. dicit in lib. 2. de natura boni, consistit in modo, specie, & ordine. ergo modestia est generalis virtus. non ergo debet poni pars temperantiae.

¶ 2. Præterea. Laus temperantiae videtur consistere praecipue ex quadam moderatione. Ex hac autem sumitur nomen modestiae. ergo

**A** modestia est idem quod temperantia, & non pars eius.

¶ 3. Præterea. Modestia videtur consistere circa proximorum correctionem, secundum illud 2. ad Tim. 2. Seruum Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, cum modestia corripiet eos qui resistunt veritati; sed correctio delinquentium est actus iustitiae, vel charitatis, ut sup. habitum est. ergo videtur quod modestia magis sit pars iustitiae, quam temperantiae.

**B** SED CONTRA est, quod Tullius ponit modestiam partem temperantiae.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, temperantia moderatorem adhibet circa ea, in quibus difficillimum est moderari, scilicet circa concupiscentias delectationum tactus. Vbi cumque autem est aliqua virtus specialiter circa aliquod maximum oportet esse aliam virtutem circa ea quae mediocriter se habent, eo quod oportet quantum ad omnia, vitam hominis secundum virtutem esse regulatam, sicut supra dictum est, quod magnificentia est circa magnos sumptus pecuniarum, praeter quam est necessaria liberalitas, quae fit circa mediocres sumptus. Unde necessarium est, quod sit quaedam virtus moderantia in aliis mediocribus, in quibus non est ita difficile moderari. Et haec virtus vocatur modestia, & adiungit temperantiae tanquam principali.

**C** AD PRIMUM ergo dicendum, quod nomen commune quandoque appropriatur infimo ordini angelorum; ita etiam & modus qui communiter obseruatur in qualibet virtute, appropriatur specialiter virtuti, quae in minimis modum ponit.

AD SECUNDUM dicendum, quod aliqua indigent temperantia propter suam vehementiam, sicut forte vinum temperatur, sed moderatio requiritur in omnibus; & ideo temperantia magis se habet ad passiones vehementes, modestia vero ad mediocres.

**D** AD TERTIUM dicendum, quod modestia accipitur ibi modo communiter sumpto, prout requiritur in omnibus virtutibus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod nomen commune quandoque appropriatur infimo ordini angelorum; ita etiam & modus qui communiter obseruatur in qualibet virtute, appropriatur specialiter virtuti, quae in minimis modum ponit.

AD SECUNDUM dicendum, quod aliqua indigent temperantia propter suam vehementiam, sicut forte vinum temperatur, sed moderatio requiritur in omnibus; & ideo temperantia magis se habet ad passiones vehementes, modestia vero ad mediocres.

AD TERTIUM dicendum, quod modestia accipitur ibi modo communiter sumpto, prout requiritur in omnibus virtutibus.

ARTICULUS II.

Vtrum modestia sit solum circa exteriores actiones.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod modestia sit Secunda Secundae S. Th.

gnum, & alia circa mediocre.

¶ Ad dubitationem haec breuiter dicitur, quod maior illa sane est intelligenda, si de mediocribus, in quibus saluatur propria difficultas notabilis. Sic enim intellecta, omnes instantias & simpliciter, & ad hominem excludit. Nec arguendus est diminutionis propterea auctor, quia in omni sermone formalium cum de materia virtutis moralis in communi agitur, subintelligitur salus conditiones communes, seu generaliter requisitae ad materiam virtutis moralis. Et propterea sicut subintelligitur quod de mediocribus, quae sunt actus humani, est sermo, quia soli humani actus sunt materia virtutum moralium; ita subintelligitur, quod de mediocribus habentibus propria difficultatem notabilem est sermo, quia circa sola difficilia est virtus. Constat autem hanc esse mentem auctoris non solum ex secundo articulo allegatae quaestiones, sed etiam ex ratione hic subiuncta. Scio quod oportet quantum ad omnia vitam hominis secundum virtutem esse regulatam. Haec enim ratio monstrat, quod de mediocribus quae restant virtute regulanda, loquitur.

¶ Ad dubitationem haec breuiter dicitur, quod maior illa sane est intelligenda, si de mediocribus, in quibus saluatur propria difficultas notabilis. Sic enim intellecta, omnes instantias & simpliciter, & ad hominem excludit. Nec arguendus est diminutionis propterea auctor, quia in omni sermone formalium cum de materia virtutis moralis in communi agitur, subintelligitur salus conditiones communes, seu generaliter requisitae ad materiam virtutis moralis. Et propterea sicut subintelligitur quod de mediocribus, quae sunt actus humani, est sermo, quia soli humani actus sunt materia virtutum moralium; ita subintelligitur, quod de mediocribus habentibus propria difficultatem notabilem est sermo, quia circa sola difficilia est virtus. Constat autem hanc esse mentem auctoris non solum ex secundo articulo allegatae quaestiones, sed etiam ex ratione hic subiuncta. Scio quod oportet quantum ad omnia vitam hominis secundum virtutem esse regulatam. Haec enim ratio monstrat, quod de mediocribus quae restant virtute regulanda, loquitur.

¶ Ita quod si pro quibus, mediocria aliqua sunt quae sub maximorum regula comprehenduntur, de illis non est sermo, vtpote non foris suas regulas. Unde de exemplum dedit auctor in illa materia, in qua maximum habet suam difficultatem, & mediocre habet propriam difficultatem, scilicet circa sumptus, ut patet ex supradictis.

¶ Super Quaestione centesima sexagesimo articulum secundum.

In articulo 2. eiusdem quaestiones aduerte primo, quod auctor in corpore articuli de virtutibus ab aliis positus circa materiam modestiae, refert se ad questionem 1. ad 3.

CCC 4. 110.

Infr. q. 168. art. 1. & 3. di. 13. q. 1. art. 2. q. 1. ad 3.

Lib. 2. de inuent. in fo. 3. ante finem. q. 147. art. 4. & 157. art. 3.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

q. 14. art. 3. ad 1.

tionem 143. de paribus temperantia, ubi videre poteris. Adverte secundo, qd in responsione ad secundum auctor vult, quod partes modestie non oportet, qd distinguantur penes diversitatem materie in hoc, quod sic ut est circa passionem, no sit circa operationem, & e contra: sicut distinguuntur iustitia & temperantia per hoc, quod illa est circa operationes, ista circa passiones: quoniam ita, unam & eandem speciem modestia esse & circa passiones, & circa operationes: quia in operationibus & passionibus, in quibus non est aliqua excellens difficultas ex parte materie, sed solum ex parte moderationis, non ponitur virtus nisi una. Et ut hæc intelligas, inspicere ad opposita. ver. g. Cui quis ex ira percussit hominem, est ibi passio iræ: est & actio percussiois iniuria. Et ex parte utriusque materie est propria excellens difficultas: quoniam ira hæc suam resistentiam ad rationem, & operatio ad proximum habet propriam difficultatem, ut recta sit. Et proprie rea oportet ibi aliam esse virtutem circa moderationem iræ, & aliam circa moderationem operationis secundum se. Et duo vitia incurruntur in percussione humilmodi, scilicet iracundia, & iniustitia. Vbi autem passio & operatio ex propriis non habent excellentes suas difficultates, v. g. exteriores motus corporis, & interiores quidam affectus, qui sunt exteriorum motuum rationes, ex hoc solo difficultatem notabilem habent, quod moderamine egent: & ideo unica pars modestie sufficit ad utrumque, nec oportet unam modestie partem ponere ad moderandum tales effectus, & alteram ad moderandum exteriora opera. Ex duobus ergo capitibus modestia ad tam diversas se extendit materias, ut in hac responsione exprimitur. Primo ex hoc, quod sub ea diversa conti-

solū circa exteriores actiones: interiores enim motus passionum alijs noti esse non possunt: sed Apostolus ad Philip. 4. mandat, ut modestia nostra nota sit omnibus hominibus, ergo modestia est solum circa exteriores actiones. ¶ 2 Præ. Virtutes, quæ sunt circa passiones, distinguuntur à virtute iustitiæ, quæ est circa operationes: sed modestia videtur esse una virtus, si ergo est circa operationes exteriores, non erit circa aliquas interiores passiones. ¶ 3 Præ. Nulla virtus una & eadem est circa ea, quæ pertinent ad appetitum, quod est propriū virtutū moralium, & circa ea, quæ pertinent ad cognitionem, quæ est propriè virtutū intellectualium, neq; etiā circa ea quæ pertinent ad irascibilem & concupiscibile. si ergo modestia est una virtus, non potest esse circa omnia prædicta. SED CONTRA. In omnibus prædictis oportet observare modum, a quo modestia dicitur. ergo circa omnia prædicta est modestia. RESPON. Dicendum, quod sicut dictū est, \* modestia differt à temperantia in hoc, quod temperantia est moderatio eorum, quæ difficillimum est refranare: modestia autem est moderatio eorum, quæ in hoc mediocriter se habent. Diversimodè autem aliqui de modestia vñ esse locuti. Vbi quinq; n. consideraverunt aliquam specialem rationem boni, vel difficultatis in moderando, illud subtraxerunt modestiæ, relinquentes modestiam circa minorā. Manifestum est autem omnibus, qd refranatio delectationū tactus specialem quandam difficultatem habet: unde omnes temperantiam à modestia distinxerunt. Et pp hoc Tullius \* consideravit quoddam speciale bonū esse in moderatione peccatorum: & iudeo etiam clementiam subtraxit modestiæ, ponens modestiam circa omnia quæ relinquuntur moderanda, quæ quidem vñ esse quatuor, quorum unum est motus animi ad aliquam excellentiam, quam moderatur humilitas: secundum autem, desiderium eorum quæ pertinent ad cognitionem, & in hoc moderatur studiositas, quæ opponitur curiositati: tertium autem, quod pertinet ad corporales motus & actiones, ut scilicet deceter & honeste fiant tam in his quæ serio-

quàm in his quæ ludo aguntur: quartū autem est, quod pertinet ad exteriorum apparatus, puta, in vestibus, & in alijs humilmodi. Sed circa quedam eorum alij posuerunt quasdam virtutes, sicut ab infirmitate, simplicitatem, humilitatem, iusmodi, de quibus supra & dicitur. autem circa delectationem ludicram: quæ omnia continentur in eodem quod a Tullio accipitur. modestia se habet non solum circa omnes, sed etiam circa interiores. AD PRIMUM ergo dicendum, quod quiritur de modestia prout est virtus, men etiam interiorum moderatio test per quedam exteriora signa. AD SECUNDUM dicendum, quod continentur diversæ virtutes, quæ continentur in eodem, quæ continentur in ea ea, quæ requirunt diversitas virtutum, est tanta diversitas inter partes modestie, quanta est iustitiæ, quæ est contra ad temperantiam, quæ est contra ad cognitionem, & passionibus, in quibus excellens difficultas ex parte materię, secundum rationem moderationis, continetur etiam responsio ad tertium.

H QVAESTIO CLXI.  
De speciebus modestiæ, in sex articulos divisa.

**D**OSTEA considerandum est de speciebus modestiæ. Et primo, de humilitate & superbia, quæ ei opponitur. Secundo, de studiositate & curiositate sibi opposita. Tertio, de modestiâ, secundum quod est in verbis, vel in factis. Quarto, de modestiâ, secundum quod est circa exteriorum cultum. CIRCA humilitatem quatuor tur sex.

¶ Primo, Vtrum humilitas sit virtus.

¶ Secundo, Vtrum consistat in appetitu, vel in iudicio rationis.

¶ Tertio, Vtrum aliquis per humilitatem se debeat omnibus subijcere.

¶ Quarto, Vtrum sit pars modestiæ, vel temperantiæ.

¶ Quinto, De comparatione eius ad alias virtutes.

¶ Sexto, De gradibus humilitatis.

ARTICVLVS PRIMVS.  
Vtrum humilitas sit virtus.

**A**D PRIMUM sic proceditur. Videtur qd humilitas non sit virtus. Virtus enim importat rationem boni: sed humi-

Art. preced.

Lib. 2. de intentione in fol. 3. ante finem libri. D 903.

H

I

K